11409. è.
9

robabile eſt Animam non ſemper cogitare.

Andida dic mihi Muſa Virum, cui ſola per omnes
Mens operata vices, nunquàm defeſſa quieſcit,
uis erit, ſatus ille Diis, non ſtirpe creatus
anâ, monſtres, & erit mihi magnus *Apollo*;
at hoc ratio abſurdum, ſuadétque tenere
erſas partes, nec plurima falſa tueri.
; etenim nullâ fruitur ſi noſtra quiete,
tat in ſomno, ac paritèr cum membra reſolvit
ous expediens & ſomni compede Morpheus;
hos Homines! quantùm experientia *Teſtis*
r ipſorum nequaquam conſona dictis?
citò diffugiant pereant & inania noctis
enta, in ſomnis ſi mens mea cogitat, omnes
è non ſervat formas, gremioque recondit?
s quarundam redeant phantaſmata rerum
ſque memor retinet, tantùm ſimulacra videntur
ſæ confuſa rei, referentia vanas
cti ſpecies, animoque illudit imago.
uid vetat abſurdi, vel quid prohibere valebit,
minùs informi pallens trimeſtris hiatu,
itus in mediis uterique receſſibus infans,
rmas rerum varias componat in unum
poſitas ſecum facilèque recolligat omnes?
tamen veſtrâ, ſi tantùm audere licebit,
uiram, Menti cur nulla infixa tenaci
æ præteriti maneant veſtigia facti?
t quos crediderís Lethææ pocula lymphæ
er centum hauſiſſe, adeò torpente gravantur
hargo, *non lingua valet non corpore notæ*
iunt vires nec vox nec verba ſequuntur;
ba inſulſa Virum validâ ratione probare
atur, multas ſecum formare figuras
ecti variiſque modis componere ſparſas:
piter inſipidas nugas! quòd nulla doloris
cia edentes, miſerique & ſenſibus orbi,
ti meliùs peragant ea munera ſanis.
ijicias quacunque oculos abſurda ſequentur
ima, majorique animum caligine torquent.

Idea Dei non eſt innata.

OBlivioſam corpus ut molem invehat,
Tamen ipſe, quicquid extrà Vi ſuâ igneâ
Molitur, Animus in ſe retruſum tenet;
Hæret nimirum fomes intimâ abditus
Mente, & doctrinâ ventilante accenditur;
Quod quiſque diſcit, immemor reminiſcitur:
Sic quondam, æternum Græciæ decus, Plato.
Quàm non feliciùs Noſtri! Indelebili
Sunt quædam humânis animis inſcriptæ notâ
Inhærenteſque notiones; Inſita eſt
Dei nimirum Notio; quam attentiùs
Qui advertit, de Deo ille rectè exiſtimat;
Qui non advertit, ſi minùs rectè tamen
Deum is neceſſe eſt ut ſciat vel inſcius.
Sed cur non cunctorum animis exæquo Dei
Expreſſa, clara, vivida, atque ipſo proin
Deo imprimente digna, impreſſa eſt Notio?
Cur qui præceptis animos inſtituit rudes,
Primiſque docilem ſtudiis ætatem excolit,
Qualem ſibi ipſe finxit, talem cereis
Inſtillat animis, & ſenſim informat Deum?
Sic comparati nempe mortales ſumus,
Non ut connatâ neſcio quâ atque inſitâ
Deum ſciamus notione neceſſe ſit,
Ratione at rectâ; Uti nemo rectè Deum
Sciat, qui rectæ non ſit uſus, ut decet,
Rationis operâ; nec quiſquam poſſit tamen
Neſcire, qui non dignus ſit qui neſciat.

.6.1696. *In veſperiis Comit. Reſp. in Philoſoph.* Bram. Gurdon, *A.M. Coll. Conv. & Caii* Soc.

K